Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6898
Copyright: Wien, Dominikanerkonvent

esto. Attende frater ad id quod Ambro-
sius doctor precellentissimus in libro de
patriarchis monet. Melius ē inquit emi
grare cum gratia. q̃ cohabitare cum dis-
cordia. melius est sine lite abire. q̃ cū iur
gio residere. Nempe nulla spacia possūt
esse satis discordibus. quietq̃ autem ⁊ pa
cificis etiam angusta abundant. dissonis
vero moribus spaciosa artantur. imo ad
nihilum rediguntur. quoniam vt Marcꝰ
Tulliꝰ Licero in preclaro de amicitia li
bro inquit. Nulla est enim domus tã fir-
ma. tãq̃ stabilis. que odijs ⁊ dissidijs fū
ditus euerti non possit. Proinde roma-
norum tm̃ auctum fuit imperium. vt do-
mini essent vniuersi. quoniam ad parcen
dum subiectis. ad debellandū superbos.
ad conculcandos rebelles. ad diuinū cul
tum exercendum. ad pudicitiam conser-
uandam. ad relinquenda propria cōmo-
da. ad comprimendas voluptates. ⁊ de-
niq̃ ad singula honestatis officia extite-
runt concordes. cum vero proprium com
modum sectantes abinuicem dissenserūt
de eorum celsitudine sic ad infima deue-
nerunt. vt sicut omnium gentiuz acnatio
num. imo ⁊ totius orbis terrarum prima
tum monarchiãq̃ tenebant. ita ⁊ omnibꝰ
gentibus pene fuerūt effecti obnoxio res.
⁊ iure quidem. quoniã vt prestantissimus
eorum ciuis crispus. Salustius inquit.

Concordia res parue crescunt. discor
dia ꝯo maxima dilabuntur. Et dominꝰ
in euangelio. Omne regnum in seipsum
diuisum astruit desolandū. Idcirco fra-
tres nobis qui sumus in monasterio con
stituti sumopere necessaria est concordia
Et ideo si cupimus deo placere. displice
re autem dyabolo. mutuam dilectionem
⁊ concordiam habeamus. quoniam sicut
nihil est preciosius. nihilue gratius deo.
concordie ⁊ dilectionis virtute. ita nihil
est. vt diuo Gregorio libuit. dyabolo de
siderabilius. extinctione caritatis. ac per
consequens nihil ei odibilius q̃ perfecta
nostrarum mentium vnio. qz hoc nos te
nemus in terra quod ipse in celo seruare
contempsit. Si concupiscimus igitur sa-
crosanctam nostram religionem. et eius
monasteria in quibus habitamus. susci-
pere incrementa. Si affectamus nostras
oratōes. nostra ieunia. nostras discipli-
nas. nostra sacrificia. nostraq̃ cetera bo-
na a deo acceptari. contentiones. impu-
gnationes. iurgia. dissensiones. conspira
tiones. ⁊ cetera que concordiam tollunt.
sumopere fugiamus. diligenter attendē
tes ad id quod luculentissimus Hiero-
nymus inquit. Quisquis corpus affligit
⁊ concordiam deserit. deum quidem lau
dat in tympano. sed non in choro. qz vbi
dissensio. inuidia. impugnatio veritatis.
lingue deflux. ⁊ iurgia sunt. ibi chorus
esse non potest. Ad quam quidem vnio-
nem ⁊ concordiam seruandam. fugiēdā-
q̃ discordiaz. licet innumera habeamus
incitamenta. tamen si nihil contra vitium
discordie. vel cauendum vel sanandū ex-
isteret. nisi plasmationis hominis memo
ria. quod scilicet summus omnium opi-
fex deꝰ. propterea voluit vnum creare ho
minem. de quo multitudo propagaretur.
vt hac ammonitione. in multis concors
vnitas conseruaretur. sufficeret quidem.
Unanimes igitur inquit. habitetq̃ in do
mo. ⁊ sit vobis anima vna. ⁊ cor vnum in
deo. Et quoniam vt stoycus ille Seneca
recte sentit. Discordie principium ⁊ origo
est. aliquid ex communi facere suum. Id-
circo preceptor noster pro ꝓseruanda con
cordia. ⁊ tollenda discordia fm̃ preceptū
adiecit dicens.

Textus tertiꝰ. Augustinus.

Et nō dicatis aliquid proprium.

Cōmentum tertium. Ambrosius.

Apostolicam vitam ducentes nō
modo habere. sed nec dicere ali-
quid proprium debent. Nam si-
cut eis omnia debēt esse cōmunia. sic ab
eis cōmunia debent appellari vocabulo.
vt non meum quippiam ego. tu ꝯo tuū.
ille autem suum. dicamus. sed nostrum q̃
libet. id nostrū esse dicat. vt codex noster.
causa nostra. cuculla nostra. ⁊ opꝰ nostrū
dicatur. Nanq̃ si ab vno aliqua bona. si
ue spiritualia siue tēporalia proficisci vi-
deātur. illa tamen sibi vendicare minime
debet. quoniam deus. a quo omnia bo-
na procedunt. vel suorum confratrū ob-
secrationibus. vel vt illa ꝓfratribus cōcet